INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICIANA
HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA

PER AESTATEM

ANNI MDCCCLXVIII 1868

A DIE XX. M. APRILIS VSQVE AD DIEM XV. M. AVGVSTI

PVBLICE PRIVATIMQVE

HABENDARVM.

Th. Bergk Animadversiones criticae [redacted] ad Epicharmi fabularum reliquias [illegible] a Lorenz editas

---

HALAE

FORMIS HENDELIIS.

68.

VNIVERSITATIS FRIDERICIANAE
RECTOR
HERMANNVS ULRICI
CVM SENATV
S. D.
CIVIBVS SVIS.

De Epicharmi vita et scriptis qui nuper docte et subtiliter disputavit Augustus Lorenzius, etiam fabularum reliquias addidit, sed in hac quidem operis parte minus prospero successu usus est, cum cetera plerumque probabili ratione expediverit. Sane difficillimum, has Coi poetae reliquias multis et gravibus vitiis inquinatas in integrum restituere; nam quamvis iam a criticis haud pauca recte sint emendata, tamen plurimae supersunt corruptelae, vel nondum probabiliter curatae, vel plane neglectae, quoniam omnis corrigendi labor irritus videbatur. Sed Lorenzius passim etiam offendit et menda sibi deprehendisse visus est iis locis, qui eos quibus sermonis graeci reique metricae paulo subtilior est peritia, non morabuntur; velut Fr. inc. 1 versus nobilissimos, in quibus poeta vaticinatur, posteris saeculis alios ea, quae ipsi placuissent, exornaturos esse, in corruptelae suspicionem vocavit: sed Epicharmi verba, quae etiam Ahrensius praeposteris coniecturis tentavit, integerrima sunt; nam poeta cum scripsit:

Καὶ λαβών τις αὐτά, περιδύσας τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει,
εἷμα δοὺς καὶ πορφύραν, λόγοισι ποικίλας καλοῖς,
δυσπάλαιστος ὢν τὸς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.[1]

εἷμα καὶ πορφύραν haud ineleganter dixit i. e. *εἷμα πορφυροῦν*, usus figura pervagata, quam Virgilianum illud *pateris libamus et auro* satis illustrat. Idem Lorenzius haesit in his versibus *Λόγος καὶ Λογίνα* fr. 3):

Οἳ τοὺς ἰάμβους κατ τὸν ἀρχαῖον τρόπον,
ὃν πρᾶτος εἰσαγήσαθ' ὡριστόξενος.

vel potius *εἰσαγήσατ'*, nam *ψίλωσιν* commendat Apollonius de synt. p. 335. Verissime enim

---

[1] In iis versibus, qui praecedunt, iam alias ostendi legendum esse:
ὡς δ'ἐγὼ δοκέω, δοκέω γὰρ σάφα ἰσάμεναι τοῦθ', ὅτι
τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τούτων ἔτι.

Porsonus *τὸν ἀρχαῖον τρόπον* correxit, quod in Hephaestionis libris est **τὸν ἄριστον τρόπον**, quod quid sibi velit se non satis assequi dicit Lorenzius, sed de Aristoxeno eiusque iambis, unde comoediae primordia repetenda sunt, dixi in breviario hist. litt. Gr. p. 372. Lorenzio hic quoque obfuit Ahrensii auctoritas, qui pravis coniecturis priorem versum omnis labis immunem sollicitavit; fugit illos notissima brachylogia, qua posteriores saepe utuntur, velut Aristoteles de poet. c. 2: *Νικοχάρης ὁ τὴν Δηλιάδα*, Philodemus *περὶ εὐσεβείας* p. 43: *ὁ δὲ τὴν Τιτανομαχίαν*, Herodianus *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 9: *ὡς ὁ τὰ Κύπρια φησίν*, p. 10. (adde ib. p. 26) *ὁ τοὺς Εἵλωτας*, Parthenius narrat. am. c. 14: *οἱ τὰ Μιλησιακά*, Schol. Soph. Electr. 152: *ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τρεῖς τὰς θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἢ ὡς ὁ τὰ Κύπρια τέσσαράς φησιν.* — Item anapaesticum septenarium, qui nulli calumniae obnoxius est, ex Pyrrha et Prometheo Fr. 1:

Τὰν τελλίναν, τὸν ἀναρίταν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὅσσα.

nondum in integrum restitutum esse Lorenzius arbitratur, ubi nescio quae caligo eius oculis offusa est. — Prava distinctione obscuravit p. 276 proverbium:

ὅ τοι θρασὺς πρὸς ἔργον ἐκ πολλοῦ, κακός·

ἐκ πολλοῦ, quod alias temporis moram significat, hic dictum de negotio, quod remotum est neque imminet; ipsius autem Epicharmi verba probabiliter restituit Ahrens:

. . . Ὁ κακὸς θαρρεῖ μάλ' ἄπωθεν, ἔπειτα δε φεύγει.

— Item p. 273 fr. 49. non debebat Aristotelis scripturam:

τόκα μὲν ἐν τήνων ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών.

spernere; male enim apud Demetrium *ἐν τήνοις* scribitur.[2]

Sed iam ex iis, quae horis subsecivis ad Epicharmi reliquias mendis liberandas paravi, nonnulla depromam. Ex Sirenibus unum superest fragmentum, graviter illud quide depravatum, quod extat apud Athen. VII. 277. F., quod adscribo quemadmodum mihi emendandum videtur:

Α. Πρωῒ μέν γ' ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς ἀφύας ἀπεπυρίζομες
στρογγύλας καὶ δελφακίσκας ὀπτὰ κρέα καὶ πωλύπους,
καὶ γλυκύν γ' ἐπ' ὧν ἐπίομες οἶνον. Β. οἰβοιβοῖ τάλας.
Α. πέπερι, σασαμίς, πλακοῦς, — Β. ἆ. Α. κἰσχάδες, — Β. φοῦ τῶν κακῶν.
Α. σῦκα πάρα, τρίγλας τε τέκνα παχέα κἀμίαι δύο
διατετμαμέναι μέσαι, φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν
σκορπίοι τε.[3]

---

[2] Epicharmi reliquiis pauca quaedam addo, quae Lorenzii diligentiam fugerunt. Versum notissimum fr. inc. 15. p. 259 *τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοὶ* respexit etiam Libanius III. 200. — Item Fr. 27 p. 262: *Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω* affert Olympiodorus in Iahnii Supplem. XIV. p. 370.

[3] Ahrens hunc locum redintegrare studuit additis iis, quae Athen. VII. 309. E. ex comoedia, cuius nomen praetermisit, adhibet:

. . . Κάγλαοὶ κόκκυγες, οὓς ταρσχίζομες
πάντας, ὀπτᾶντες δὲ χάδύναντες αὐτοὺς χναύομες.

V. 1. *ἀπεπυρίζομες* scripsi, quod *ἐπίομες* v. 3. plane flagitat, legebatur *ἀποπυρίζομες*. *Στρογγύλας ἀφύας* pingues et magnas dicere videtur poeta, cum plerumque pisces minuti essent, cf. Hesychius *στραβαλός· ὁ στρογγυλίας καὶ τετράγωνος ἄνθρωπος· Ἀχαιοί.* — V. 2. *δελφακίσκας* scripsi, erat *δελφακίνας*, quam formam fortasse alii tuebuntur. — V. 3. *οἰβοιβοῖ* scripsi, *οἴβοιβοι* AD, *οἴμοι* P, hinc vulgo *οἴμοι μοι*, at Siculi videntur *οἰβοῖ* dixisse, quod Atticis est *αἰβοῖ*, quae interiectio hic geminatur, ut est apud Aristophanem in Pace 1066: TP. *αἰβοιβοῖ·* IE. *τί γελᾷς;* TP. *ἥσθην χαροποῖσι πιθήκοις.* Est autem haec vocula non solum dolentis, sed etiam mirantis, cf. Hesych.: *αἰβοῖ, ὡς οἴμοι τίθεται καὶ ἐπὶ θαυμασμοῦ.* Item Siculorum vox videtur fuisse *φοῦ* v. 4, quacum componere possis Latinum *fu*, vid. Plaut. Pseud. 1294, Most. 39. — V. 4. ut potui restituere conatus sum; in libris est: *περὶ σᾶμά με καλοῦσα κατίσκα λέγει* (B *λέγοι*) *φου* (VL *φοῦ*) *τῶν κακῶν.* Piperis mediae comoediae poetae saepius mentionem faciunt, utebantur potissimum ad vinum condiendum, vid. Athen. II. 66. D seq.; sed piperis usum etiam in cibis condiendis fuisse docet Alexidis locus apud Polluc. VI. 66, ubi grammaticus *πέπερι* dilucide testificatur, quamquam Athenaeus, qui IV. 170. A eosdem versus adscripsit, *σέσελι* legit. Atque hic ipse Alexidis versus:

Σφάκον, σίραιον, πέπερι, πήγανον, πράσον·

tribreve vocabulum esse arguit, id quod analogia quoque commendat; neque Nicander ultimam syllabam produxit, sed *πέπεριν* scribere maluit, vid. Theriac. 876.[4] Alex. 332 et 607. Siculi videntur ex Africa petivisse, certe Ophelion ap. Athen. II, 66. D. dixit: *Λιβυκὸν πέπερι καὶ θυμίαμα, βιβλίον Πλάτωνος ἐμβρόντητον.* — V. 5. legebatur *ὅ καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ πάχηα*, quae correxi. — V. 6. *διατετμαμέναι* Meineke restituit, erat *διατεταγμέναι.*

Epicharmus primus poetarum comicorum parasitum in scenam deduxit in fabula, quae *Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος* inscripta fuit, ut Athen. VI. 235. F. seq. docet; statim primus versus manifesto vitio laborat *ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἕστηχ' ὅδε τοῦδε κατὰ πόδας*, nam *ἕστηκε* a dorici sermonis proprietate plane abhorret; sed multo gravius est, quamquam critici non animadverterunt, *κατὰ πόδας* non posse commode coniungi cum standi verbo, siquidem dici solet de iis, qui propero gradu incedunt, velut est apud Thucyd. III. 98: *πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ τροπῇ κατὰ πόδας αἱροῦντες ἄνθρωποι ποδώκεις καὶ ψιλοὶ διέφθειρον.* V. 64: *καὶ τοῖς μὲν Ἀρκάδων σφετέροις οὖσι συμμάχοις προεῖπον ἀθροισθεῖσιν ἰέναι κατὰ πόδας αὐτῶν εἰς Τέγεαν.* Atque ita non solum Herodotus, Xenophon, alii historiarum scriptores, sed etiam comici, velut Axionicus Fr. 1: *μεθύουσά τ' ἐξόπισθεν ἡ σοφωτάτη . . . κατὰ πόδας πορεύεται*, et Philemo in Milite Fr. I, v. 15: *ἀνεπήδησε κἄφευγεν κύκλῳ τὴν λοπάδ' ἔχων, ἄλλοι δ' ἐδίωκον κατὰ πόδας.*

---

speciosa magis quam vera haec est coniectura, nam vel temporis diversitas (*παρσχίζομες* et *χναύομες*) ostendunt ista ab hac narratione aliena esse. Lorenzius hos versus in ordinem recipere oblitus est.

[4] Athenaeus sane II. 66 E, ubi hoc Nicandri versu utitur, *πέπερι* exhibet, sed idem III. 126 B. *οὐ σὺ μέντοι τὸν Κολοφώνιον Νίκανδρον ἀεὶ τεθαύμακας τὸν ἐποποιὸν ὡς φιλάρχαιον καὶ πολυμαθῆ καὶ ὡς τὸ πεπέριον ὀνόμασαντα παρέθου;* ubi Casaubonus *τὸ πέπερι*, Dindorf *τὸν πέπεριν*, O. Schneider *τὸ πέπερι νέον* correxit, sed nihil mutandum esse puto: videtur Athenaeus *πέπεριν*, quod reperit apud Ni-

Quare non dubito lenissima medicina adhibita apud Epicharmum *ἔστειχ'* corrigere:[5] reliquorum emendatio incerta, nisi quod a duobus sermones seri certum est: equidem suspicor scribendum esse:

Α. Ἀλλ' ἄλλος ἔστειχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας,
τὸν ῥαδίως λαψῇ τύ, κοινωνόν γα θην
εὔωνον, ἀείσιτον. Β. ἀλλ' ἔμπας ὅδε
ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.

scripsi v. 2. *κοινωνόν*, ubi in libris est *καὶ τοίνυν*, quamquam aliud quid videtur delitescere, itaque olim conieci *καὶ τὸ νῦν γά θην εὔωνον αἴεις σῖτον*, i. e. *ac nunc quidem scis vilem esse annonam.* Prior auctor est, ut alter scurram ad se recipiat quotidianum convivam (*ἀείσιτον*), non adeo sumptuosum (*εὔωνον*), cum contentus sit quidquid alter praebuerit. Alter vero hoc negat, ac dicit verendum esse, ne opes suas penitus exhauriat: nam prorsus integra sunt verba novissima *πίνει τὸν βίον*, quae parum recte coniectura tentavit Ahrensius, quem non debebat Lorenzius sequi: nam *πίνειν* hoc loco eodem modo dictum est, quo Plato comicus *οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα·* sed Porsonus, qui idem verbum Euripidi in Hippolyto v. 622 *ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν* (legitur *ἐκτίνομεν*) restituere voluit, verum non est assecutus.

Ex parasiti oratione pauca decerpam; virtutes suas praedicaturus ita orditur:

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον.
καὶ τῷ γα μὴ λιωντι, κωὐδὲν δεῖ καλεῖν·

ubi cum Dindorfius *λεῶντι* scribere maluisset, Ahrensius utramque formam repudiavit et *μηδὲ λῶντι* scripsit, cui coniecturae multum praestat Meinekii inventum *μηχὶ λῶντι,* verum nihil omnino mutandum, *λιῶντι* ad eundem modum dictum, quo:

ὦτε χερνᾶτις γυνά, οὐδὲν προμαθιουμένα·

vel *προμαθιωμένα,* quem versum non dubito Epicharmo vindicare, cf. quae dixi post Lyricorum fragm. adespota in ed. III. p. 1359. De origine auctioris formae alibi dicendi erit locus. — V. 3. pro *χαρίεις* fortasse scribendum *χαρίης*, quam formam Doriensibus tribuit Et. Gud. 171, 46, et Apollonius quoque de adv. (Bekk. An. II. 573) testificatur. — V. 10. scribendum videtur:

αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις,
τούτοισιν ἀγαθῶν ἐπιλέγω 'γαθίδ', ὅτι
οὐ λῶντι πέλανον, ἀλλὰ μαστιγῶντί με.

in libris est *τούτοις* (*B τουτοῖον*, *P του τοιὸν*) *ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς ὅτι οὐ λῶντι παίων.* Quod *ἀγαθῶν ἀγαθίδα ἐπιλέγειν* i. e. *πολλὰ ἀγαθὰ* restitui, quodammodo firmat Suidas: *τὰ Ταντάλου τάλαντα ταντολίζεται . . . ἐπείπερ παίζοντες πολλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτα*

---

candrum novicio more pro *πεπέριον* dictum esse existimavisse, neque vero locus Alexiph. 607 hanc opinionem confirmat.

[5] Quamquam fortasse etiam exordium versus vitium contraxit, ubi possis *ἄλαλος ὅδ' ἔστειχ' ὧδε* coniicere. Etiam in iis quae sequuntur olim alia tentavi, velut *εὔπωνον, ἀείσιτον*, cf. Hesych. *εὔπωνος ὄμβρος· εὔποτος.*

πεποιήκασιν, οἷον ἀγαθῶν ἀγαθῖδες καὶ σοφώτερος σοφοῦ παρ' Ἐπιχάρμῳ: nam videtur Epicharmi auctoritas pariter ad utrumque proverbium referenda; item supra: ἀγαθῶν ἀγαθῖδες· τάττεται ἡ παροιμία παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν. Idem testatur Pollux VII. 31, nam Attici quoque comici videntur usurpavisse, hinc Phrynichus Bekkeri An. I. 9, 31 attigit. Πέλανον autem *nummum* interpretor, dixi ea de re in quaestionibus Callimachiis, adde schol. Porphyrii de Abstin. II. 7: πέλανος . . . ὁ τοῦ μάντεως μισθὸς ὀβολός. Etenim nocturni vigiles videntur a grassatoribus multam exegisse, eosdem si non essent solvendo, verberibus mulcabant. Sequuntur haec:

Ἐπεὶ δέ χ' ἵκω οἴκαδις καταφθαρείς,
ἄστρωτος εὕδω· καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ,
ἅς κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας·

ubi καταφθαρεὶς Heringae est coniectura, nam VL καταφθερεῖς, *P* καταφερεῖς exhibent: mihi quidem aliud latere videtur, nam parasitus quotidianas miserias enarrat, illum autem singulis noctibus vapulavisse omnem fidem excedit, itaque haud scio an sit scribendum:

Ἐπεὶ δέ χ' ἵκω οἴκαδις, κατ διφθέρας
ἄστρωτος εὕδω.

Homo pauper stragulo caret, itaque noctu cubat in vestimento agresti, quod interdiu gestabat. Deinde versu novissimo cum libri exhibeant ἅς καμών, fortasse rectius scripseris:

ἅς χ' ἁμέων ἄκρατος ἀμφέπῃ φρένας·

quemadmodum in Sophronis mimis trisyllaba forma ὑμέων extat: οἶνος autem librarii est additamentum.

His subiungo longe gravissimum locum, quem Diogenes Laert. III. 10 servavit, qui nondum est in integrum restitutus; inprimis autem curandum est, ut sermones commode distinguantur: nam novissimus quidem editor ea in re ita versatus est, (vide p. 267 seq. et quae supra p. 108. de his versibus disputavit) ut poetae orationem magis obscuravisse et impedivisse, quam illustrasse censendus sit. Sed paucis indicabo, quomodo universus locus expediendus esse videatur. Sermones inter se conferunt duo, ex quibus prior omnia in rerum natura aeterna esse censet, alter hoc placitum argumentis refellere conatur:

A. Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν χὐπέλιπον οὐπώποκα,
τάδε δ' ἀεὶ παρῆς θ' ὁμοῖα διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί.
B. ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.
A. πῶς δέ κ'; ἀμάχανόν γ' ἀπό τινος μολέν, ὅτι πρᾶτον μόλοι.
οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδέν, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
τῶνδε. τῶν ἁμὲς νὺν ὧδε βλέπομες, ἀλλ' ἀεὶ τάδ' ἧς.
B. αἰ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, αἰ δὲ λῇς, ποτ' ἄρτιον
ποτθέμεν λῇ ψᾶφον, ἢ καὶ τᾶν ὑπαρχουσᾶν λαβεῖν,
ἦ δοκεῖ κα τοι τόχ' ὡὑτὸς εἶμεν; *A.* οὐκ ἐμὶν τόκα.
B. οὐδὲ μὰν οὐδ' αἰ ποτὶ μέτρον παχυαῖον ποτθέμεν
λῇ τις ἅτερον μᾶκος ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν,
ἔτι χ' ὑπάρχοι κεῖνο τὸ μέτρον. *A* οὐ γάρ. *B* ὧδε νῦν ὅρη

καὶ τὸς ἀνθρώπους· ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει.
ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
ὃ δὲ μεταλλάσσει φύσιν τε κωὔποκ' ἐν τωὐτῷ μένει,
ἅτερον εἴη κα τόδ' ἤδη τοῦ παρεξεστακότος.
καὶ τὺ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες,
καὖθις ἄλλοι κωὔποχ' ωὑτοὶ καττὸν (*ἀτρεκῆ*) *λόγον.*

V. 2. scripsi *τάδε δ' ἀεὶ παρῆς θ'ὁμοῖα διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί*, legebatur *πάρεσθ' ὅμοια διὰ δέ*, sed praeteritum restituendum esse satis superque docet prior versus: *τάδε* ex more est haec rerum natura, quam cernimus. — V. 4. Lenissimam adhibui medicinam, *μολὲν* scribendo pro *μηδὲν*, id quod quae subsequuntur omnino flagitant, nisi forte praeterea *μόλῃ* potius quam *μόλοι* scribendum: productionem *ὅτι πρᾶτον* non abhorrere ab Epicharmi usu ostendit ille versus: *τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω.* Non recte Cobetus scripsit *ἀπ' οὔτινος εἶμεν*, id quod et ab instituta sententia plane abhorret, et numero versus adversatur: admisit sane hic poeta etiam in quarta sede septenarii dactylum, velut p. 262:

Ἔστι δ' ὄνυμ' αὐτῷ τρίπους, τέτοράς γα μὰν ἔχει πόδας·

quae Ahrensius praeter necessitatem coniectura tentavit, at vitiosus est hic pes, ubi legitima diaeresis subsequitur. — V. 6. in libris est, *τῶν δ' ὧν ἀμὲς νῦν ὧδε λέγων* (vel *λέγω*) *μέλλει τάδ' εἶναι* (*εἶν*), quae non ita magno molimine expedivi, quamquam etiam *λεύσσομες* poteram scribere. Inde a v. 7. alter prioris argumenta refutare studet, ac iam manifestum, quomodo personarum notae sint adornandae. — *ποτ' ἄρτιον*, in libris est *τὸν ἄρτιον*. — V. 9. *οὐκ ἐμὶν τόκα* scripsi, legebatur *τάχα*, repetit ille particulam, qua alter usus erat. — V. 15. *φύσιν τε* restitui, nam quod legitur *κατὰ φύσιν* omnino ab hoc loco alienum: *κατὰ* ineptum librarii est additamentum, qui versui laboranti subvenire voluit, cum *τε* excidisset. Praeterea nescio an rectius *ὃ δὲ μεταλλάσσῃ . . . μένῃ* scribatur, quo vitii genere nihil est frequentius, velut apud Euripidem Fr. 183 scribendum *ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν*, non *τυγχάνει*. — V. 18. *ἀτρεκῆ* (sive *ἀτρεχῆ* malis) adieci, ut et sententiam et versum redintegrarem.

I. Scholae Theologorum.

a. Professorum ordinariorum.

F. AUGUSTUS THOLUCK, Dr.

I. Publice de *vita, ingenio, conversione apostoli Pauli* disseret die Sabb. h. X-XI.

II. Privatim 1) *encyclopaediam et methodologiam theologicam* bis p. hebd. die Iov. et Ven. h. VI-VII vesp. tradet. 2) *epistolam ad Corinthios I.* quinquies p. hebd. h. X-XI. interpretabitur.

III. In seminario regio theol. *classem exegeticam Nov. Test.* moderari perget.

JULIUS MUELLER, Dr.

I. Publice *nonnullas S. Scripturae pericopas* ad usum ecclesiae selectas explicabit die Sat. h. X-XI.

II. Privatim 1) *evangelium Ioannis* interpretabitur quinis p. hebd. dieb. h. X-XI. 2) *posteriorem theologiae practicae partem* tradet sexies p. hebd. h. VII-VIII.

JUSTUS LUDOVICUS JACOBI, Dr.

I. Publice *historiam dogmatis inspirationis et scripturae sacrae* d. Merc. h. XII-I tradet.

II. Privatim 1) *historiam dogmatum* enarrabit sexies h. XI-XII. 2) *theologiam symbolicam (polemicam)* quater p. hebd. h. XII-I.

III. In seminario regio theol. *exercitationes historicas* moderari perget.

CONSTANTINUS SCHLOTTMANN, Dr. DECANUS.

I. Publice ex instituto Lenziano 1) *geographiam biblicam* docebit semel d. Merc. h. III-IV. 2) *epistolas Ioanneas* interpretabitur d. Lun. et Iov. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) *Iobi librum* interpretabitur quinquies h. IX-X. 2) *archaeologiam Hebraicam* tradet quater h. III-IV.

III. In seminario regio theol. *exercitationes exegeticas Vet. Test.* moderari perget.

WILIBALDUS BEYSCHLAG, Dr.

I. Publice *parabolas Iesu Christi* exegetice et practice tractabit semel p. hebd. d. Sat. XII-I.

II. Privatim 1) *theologiam biblicam Nov. Test.* exponet quinquies p. hebd. h. XII-I. 2) *epistolam Pauli ad Galatas datam* binis interpretabitur scholis d. Lun. et Iov. h. VIII-IX.

III. In seminario regio theol. *exercitationes et homileticas et catecheticas* moderari perget.

ADOLPHUS WUTTKE, Dr.

I. Publice *prolegomena theologiae dogmaticae* tradet d. Ven. VII-VIII, d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim *theologiam dogmaticam* docebit senis p. hebd. h. VIII-IX.

III. In seminario regio theol. *exercitationes dogmaticas* moderari perget.